



Movimento d'Amore San Juan Diego
MONOS-Unico - Ricerche Scientifiche e Umanistiche



Maria Santissima, Nostra Signora di Guadalupe
Trasposizione della Tilma sul Planisfero di Brown
che assume la forma di una *conchiglia*.



MOTUS CARITATIS SANCTUS IOANNES DIDACUS
reveretur Auctoritatem Sanctae Ecclesiae Catholicae, Apostolicae, Romanae,
in oboedientia solum in doctrina Iesu, Filii Dei, qui Ipse Deus est,
in Sancto Evangelio

**ATQUE ADVERSATUR PROPOSITUM ORDINIS
MASSONICI DE ECCLESIA CATHOLICA
DESTRUENDA.**

**Omnis homines bonae voluntatis invitantur ut iungant se nobis in oratione,
ad impediendum hoc.**



a cura di
Movimento d'Amore San Juan Diego
MONOS-Unico - Ricerche Scientifiche e Umanistiche


Maria Santissima, Nostra Signora di Guadalupe
Trasposizione della Tilma sul Planisfero di Brown che assume la forma di una *conchiglia*.



Storia

IL PIANO MASSONICO PER LA DISTRUZIONE DELLA CHIESA CATTOLICA

Direttive del gran Maestro della Massoneria ai vescovi cattolici massoni, effettive dal 1962. (Aggiornamento del Vaticano II). Tutti i confratelli massoni dovranno riferire sui progressi di queste decisive disposizioni. Rielaborate nell'ottobre 1993 come piano progressivo per lo stadio finale. Tutti i massoni occupati nella Chiesa debbono accoglierle e realizzarle.



1 Rimuovete una volta per tutte S. Michele, protettore della Chiesa Cattolica da tutte le preghiere all'interno e all'esterno della S. Messa. Rimuovete le sue statue, affermando che esse distolgono dalla adorazione di Cristo.

2 Rimuovete gli esercizi penitenziali della quaresima come l'astinenza dalle carni del venerdì o anche il digiuno; impedisce ogni atto di abnegazione. Al loro posto debbono essere favoriti atti di gioia, di felicità e di amore del prossimo. Dite: "Cristo ha già meritato per noi il paradiso" e "ogni sforzo umano è inutile". Dite a tutti che debbono prendere sul serio la preoccupazione per la loro salute. Incoraggiate il consumo di carne, specialmente di maiale.

3 Incaricate i pastori protestanti di riesaminare la S. Messa e di

dissacrarla. Seminate dubbi sulla Reale Presenza nell'Eucarestia e confermate che l'Eucarestia - *con maggior vicinanza alla fede dei protestanti* - è soltanto pane e vino e intesa come pure simbolo.

Disseminate protestanti nei seminari e nelle scuole. Incoraggiate l'ecumenismo come via verso l'unità. Accurate ogni uno che crede alla presenza reale come sovversivo e disobbediente verso la Chiesa.

4 Vietate la liturgia latina della Messa, adorazione e canti, giacché essi comunicano un sentimento di mistero e di deferenza. Presentateli come incantesimi di indovini. Gli uomini smetteranno di ritenerli come uomini di intelligenza superiore, da rispettare come portatori dei misteri divini.

5 Incoraggiate le donne a non coprire la testa con il velo in chiesa.

I capelli sono sexy. Pretendete donne come lettrici e sacerdotesse. Presentate la cosa come idea democratica.

Fondate un movimento di liberazione della donna.

Chi entra in chiesa deve indossare vesti trascurate per sentirsi là come a casa. Ciò indebolirà l'importanza della S. Messa.

6 Distogliete i fedeli dall'assumere in ginocchio la Comunione. Date alle suore che debbono distogliere i bambini prima e dopo la Comunione dal tenere le mani giunte. Dite loro che Dio li ama così come sono e desidera che si sentano del tutto a loro agio.

Eliminate in chiesa lo stare in ginocchio e ogni genuflessione. Rimuovete gli inginocchiatoi. Dite alle persone che durante la Messa debbono attestare la loro fede in posizione eretta.



PROPOSITUM ORDINIS MASSONICI DE ECCLESIA CATHOLICA DESTRUENDA

Directoria principia summi Magistri Ordinis Massonici ad Episcopos catholicos massonicos, vigentia usque ab anno MCMLXII (ad Concilium Vaticanum II accommodatio)

Omnis fratres ordinis massonici referre debebunt de progressu harum dispositionum decretoriarum, quae accommodata sunt mense octobris anni MCMXCIII quasi propositum ad progrediendum usque ad gradum finalem. Omnes sodales ordinis massonici qui in Ecclesia munere quodam funguntur eas accipere et efficere debent.

1

Amovete semel pro semper Sanctum Michaelem, protectorem Ecclesiae Catholicae, ab omnibus orationibus intra et extra Sanctam Missam. Amovete statuas eius, affirmantes quia eas avertunt ab Adoratione Christi.

2

Amovete Exercitia Paenitentialia Quadragesimalia, exempli gratia abstinentiam a carne in feria sexta vel etiam ieiunium; impeditate omne actum abnegationis. Pro eis favete actis gaudii, laetitiae et amoris erga proximum. Dicite: "Christus iam meruit nobis Paradisum", atque "omnis natus humanus inutilis est". Dicite omnibus quod cuique consideranda est graviter sollicitudo de salute sua. Hortamini ut edatur caro, praesertim suilla.

3

Mandate pastoribus lutheranis ut immutent Sanctam Missam et profanent eam. Diffundite dubia de Praesentia Reali in Eucharistia et confirmate quia Eucharistia – proprius fidem lutheranam – tantum est panis et vinum, atque intellegitur ut signum purum. Diffundite lutheranos in Seminariis et in scholis. Favete oecumenismo, ut viae ad unitatem. Accusate omnes qui credunt Praesentiae Reali ut seditiosos et inobedientes Ecclesiae.

4


Prohibete Liturgiam Latinam Missae, Adorationis et Cantuum, quoniam ipsi suggerunt sensum mysterii et reverentiae. Ostendite eos esse tamquam incantationes hariolorum. Ita homines desinent reputare Sacerdotes homines intelligentia superiori praeditos, reverendos ut gestatores Mysteriorum Divinorum.

5

Hortamini mulieres ne caput tegant velamine in ecclesia. Comae libidinem excitant. Postulate mulieres lectrices et sacerdotes. Ostendite hoc esse ideam democraticam. Constituite motum de muliere liberanda. Qui intrat in ecclesiam induere debet vestes incultas ut putet se esse tamquam domi. Hoc imminuet gravitatem Sanctae Missae.

6

Avertite fideles ne Communionem sumant genibus flexis. Dicite mulieribus sanctimonialibus ut prohibeant pueros manus iungere ante et post Communionem. Dicite eis quia Deus eos amat quales sunt, et desiderat ut commodo suo se sentiant. Demite genuflexoria. Dicite hominibus quia in Missa profiteri debent fidem suam stantes.



7

Demite musicam sacram organi. Introducite cytharas, psalteria iudaica, tympana, pedum strepitum et sacros cachinnos in ecclesiis. Haec avertent homines ab oratione personali et a colloquiis cum Iesu. Auferte Iesu tempus vocandi pueros ad vitam religiosam. Facite in circuitu Altaris saltationes liturgicas in vestibus lascivis, theatra et orchestras.

8

Demite naturam sacram cantuum in Dei Genitricem inque Sanctum Iosephum. Demonstrate venerationem eorum esse idolatriam. Ludite eos qui perstant. Introducite cantus lutheranos. Propter hoc Ecclesia Catholica videbitur profiteri Protestantismum esse veram religionem aut, saltem, eum esse idem ac Ecclesiam Catholicam.

9

Demite omnes hymnos, etiam illos in Iesum, quoniam ipsi inducunt homines ad cogitandum de laetitia et tranquillitate quae oriuntur a vita mortificationis et paenitentiae pro Deo, iam ab infantia. Introducite cantus novos, solum ad persuadendum hominibus ritus praeteritos fuisse quodammodo falsos. Praestate ut in omni Missa sit saltem unus cantus in quo Iesu non commemoretur, qui autem dicat solum de amore in homines. Juventus flagrabit audiens loqui de amore in proximum. Praedicate amorem, tolerantiam et unitatem. Nolite commemorare Iesum, prohibete omnem denuntiationem Eucharistiae.

10

Omnes Sanctorum reliquias ab Altaribus deindeque ipsa Altaria amovete. Substituite in locum eorum tabulas paganas Consecratione orbas, quae adhiberi possunt ad offerendum sacrificia humana in missis satanicis. Abrogate legem ecclesiasticam quae statuit Sanctam Missam celebrandam esse solum super Altaria reliquias continentia.

11

Interrumpite praxim celebrandi Sanctam Missam praesente Sanctissimo Sacramento in Tabernaculo. Nullum Tabernaculum collocate super Altaria quae adhibentur ad Sanctam Missam celebrandam. Tabula debet videri mensa. Oportet eam esse mobilem, ad exprimentem eam non esse omnino sacram, sed adhibendam esse ad duplex propositum, exempli gratia, ad conferentiam aut ad chartandum. Serius collocate saltem unam sellam apud tabulam hanc. Sacerdotem oportet accubare ibi, ad demonstrandum quia post Communionem ipse requiescit sicut post pastum. Sacerdos numquam debet esse genuflexus durante Missa, neque flectere genua.

Etenim in pastibus numquam genuflectitur. Sella Sacerdotis debet collocari in locum Tabernaculi. Hortamini homines ut venerentur etiamque adorent Sacerdotem potius quam Eucharistiam, ad oboediendum ei potius quam Eucharistiae. Dicite plebi quia Sacerdos est Christus, dux eorum. Collocate Tabernaculum in loco alio, extra aspectum.

12

Amovete Sanctos a kalendario Ecclesiasticum, semper nonnullos in certis temporibus. Vitate Sacerdotes praedicare Sanctos, exceptis iis qui in in Evangelio commemorentur. Dicite populo quia fortuiti lutherani, fortasse in ecclesia praesentes, possent scandalizari de hoc. Vitate omne quod luheranos perturbat.



13

In lectione Evangelii omittite verbum “sanctum”, exempli gratia, pro “Evangelium secundum Sanctum Ioannem”, dicite simpliciter: “Evangelium secundum Ioannem”. Hoc faciet ut plebs putet se non debere amplius venerari eos. Scribite continue novas biblias, donec fiant eadem ac lutheranae. Omitte adiectivum “Sanctus” in elocutione “Spiritus Sanctus”. Hoc viam aperiet. In lucem ponite naturam femininam Dei quasi matris teneritatem plenae. Demite usum verbi “Pater”.

14

Amovete omnes libros privatos pietatis atque destruite eos. Consequenter cessabunt etiam Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu, Matris Dei, Sancti Iosephi sicut et praeparatio ad Sanctam Communionem. Superflua fiet etiam gratiarum actio post Communionem.

15

Amovete etiam omnes statuas et imagines Angelorum. Curnam statuae inimicorum nostrorum esse debent in medio? Decernite eos esse mythos vel fabellas ad pueros sopiendos. Nolite permettere sermonem de Angelis quoniam amicos nostros lutheranos perturbaret.

16

Abrogate exorcismum minorem ad daemonia expellenda; operam date huic rei, annuntiate daemones non esse. Exponite hoc esse modum biblicum ad definiendum malum, et quoniam sine viro iniquo non possunt esse fabulae iucundae. Consequenter plebs non credet infernum esse, nec timebit ne in eum umquam cadere possit. Saepe dicite quia infernus non aliud est quam longinquitas a Deo et quia denique haud terribilis est cum sit idem ac vita hic in Terra.

17


Docete Iesum esse solum hominem, qui fratres et sorores habebat, et potestatem habentes odivit. Enarrate quia ipse amabat consuetudinem cum meretricibus, praesertim cum Maria Magdalena; quia ipsi minime curae fuerunt ecclesiae et synagogae. Dicite quia monuit ut non oboedirent principibus Cleri, enarrate quia ipse fuit magister magnus qui autem negavit oboedientiam in principes ecclesiae. Vituperate sermonem de Cruce tamquam victoria, e contrario exhibete eam tamquam detrimentum.

18

Mementote quia potestis inducere sanctimoniales ad proditionem vocationis eorum, si alloquemini vanitatem eorum, suavitatem et pulchritudinem. Facite eas immutare Vestem Ecclesiasticam, quod eas inducit ad abiciendum ultro Rosaria sua. Revelate mundo in monasteriis eorum dissensiones esse. Id siccabit vocationes eorum. Dicite sanctimonialibus quia non accipientur nisi deposuerint vestem. Vituperate Vestem Ecclesiasticam etiam in plebe.

19

Comburite omnes Catechismos. Dicite magistris religionis ut doceant amare creaturem Dei potius quam Deum ipsum. Amare aperte esse testimonium maturitatis. Facite ut verbum “sexualitas” fiat verbum usus quotidiani in vestris aulis scholaribus religionis studio deputatis. Facite sexualitatem novam religionem. Introducite imagines sexuales in lectionibus religiosis, ad docendum pueros veritatem. Praestate ut imagines sint perspicuae. Hortamini scholas ut fiant philosophi progressistae in ambitu educationis sexualis. Introducite educationem sexualem per auctoritatem episcopalem, itaque parentes eam non adversabuntur.



20

Comprimite scholas catholicae, impedientes vocationes sanctimonialium. Revelate sanctimonialibus quia ipsae sunt operariae sociales quas remunerantur minoris atque Ecclesia remotura est eas. Instate ut magister laicus catholicus accipiat idem stipendium ac magistri scholarum publicarum. Adhibete magistros non catholicos. Sacerdotes idem stipendium accipere debent ac pares ministri saeculares. Omnes Sacerdotes deponere debent Vestem Clericalem suam et Cruces suas, ut ab omnibus accipi possint. Ludite eos qui non se accommodant.

21

Extinguite Papam, destruendo eius Universitates studiorum. Disiungite Universitates a Papa, dicentes quia ita reipublicae administratio potest praestare eis subsidia. Convertite nomina Institutorum Religiosorum in nomina profana, ad promovendum oecumenismum. Exempli gratia, pro "Schola Immaculatae Conceptionis", dicite "Scholam Superiorem Novam". Instituite sedes pro oecumenico officio in omnibus Dioecesis et praestate ut eas gubernent lutherani. Prohibete orationes pro Papa inque Mariam, quoniam ipsae oecumenismum impedit. Annuntiate quia Episcopi locales sunt auctoritates competentes. Affirmate Papam esse tantum figuram repraesentativam. Enarrate plebi quia Magisterium Papale opus est solum ad sermocinationes sed alioquin nullius momenti est.

22

Impugnate Auctoritatem Papalem, aetatis terminum exercitio eius statuendo. Deminuite eam paulatim, dicite quia vultis servare eum a nimio labore.

23

Audaces estote. Infirmate Papam, introducendo synodos Episcopales. Itaque Papa fiet tantum figura repraesentativa sicut in Anglia, ubi Conclave Superius et Inferius regnant et imperant reginae. Postea infirmate auctoritatem Episcopi, constituendo institutum aemulum inter Presbyteros. Dicite quia sic Sacerdotes recipiunt attentionem qua digni sunt. Tandem infirmate auctoritatem Sacerdotis constituendo coetus laicorum qui dominantur super Sacerdotes. Itaque oriatur odium tale ut deserent Ecclesiam etiam Cardinales, tunc igitur Ecclesia democratica erit...Ecclesia Nova...

24

Deminuite vocationes ad Sacerdotium, faciendo ut laici amittant metum reverentiale erga ipsum. Scandalum publicum unius Sacerdotis extinguet millia vocationum. Laudate Sacerdotes qui propter amorem mulieris omnia relinquere valuerunt, eos heroicos appellate. Honorate Sacerdotes ad statum laicalem reductos tamquam veros martyres, adeo oppressos ut non possint pati ultra. Condemnate tamquam scandalum quod nostri fratres ordinis massonici in Sacerdotio noti fiant eorumque nomina vulgentur. Tolerate homosexualitatem Cleri. Dicite plebi quia Presbyteri dolent propter solitudinem.

25

Incipite claudere ecclesias propter inopiam Cleri. Dicite hanc praxim esse bonam et oeconomicam. Docete quia Deus ubique orationes audit. Ita ecclesiae fiunt cerebrosa dispendia pecuniae. Claudite praesertim ecclesias in quibus exercetur pietas traditionalis.



26

Adhibete Commissiones laicorum et Sacerdotum fide infirmos, qui condemnent et reprobent sine difficultate omnem apparitionem Mariae et omne miraculum manifestatum, praesertim Archangeli Sancti Michaelis. Praestate ut nulla huiusmodi res ullo pacto probabitur a Concilio Vaticano II. Dicite esse inoboedientiam erga auctoritatem si quis oboediat Revelationibus vel si quis etiam meditetur super eas. Indicate Videntes tamquam inoboedientes erga Auctoritatem Ecclesiasticam. Facite ut nomen eorum in contemptum cadat, tunc nemo alicuius momenti aestimabit Nuntium eorum.

27

Eligite Antipapam. Affirmate quia ipse reducit lutheranos in Ecclesiam et fortasse etiam Hebraeos. Antipapa eligi potest si suffragii ius detur Episcopis. Tunc eligentur multi Antipapae, ita ut constituatur Antipapa ad transactionem. Dicite Papam verum mortuum esse.

28

Demite Confessionem ante Sanctam Communionem pro alumnis secundi ac tertii anni, ita ut ipsa non sit eis curae cum ordini quarto vel quinto deindeque ordinibus superioribus intererunt. Tunc Confessio evanescet. Introducite (silenter) confessionem communitariam cum absolutio collectiva. Enarrate plebi quia hoc fit propter inopiam Cleri.

29

Facite ut Communio a mulieribus et laicis distribuatur. Dicite quia hoc est tempus laicorum. Incipite porrigendo Communionem in manus, sicut faciunt lutherani, potius quam super linguam. Explicate quia Christus id fecit eodem modo. Colligitе aliquas hostias ad "missas atras" in templis nostris. Deinde distribuite, pro Communione personali, pateram hostiarum non consecratarum quae duci possunt domum. Dicite quia ita dona divina sumi possunt in vita quotidiana. Collocate automata escaria hostiarum ad communiones eaque appellate Tabernacula. Dicite quia offerri debent signa pacis. Hortamini plebem ut moveatur in ecclesia, ad interrumpendam devotionem et orationem. Nolite facere Signa Crucis; sed in locum eius signum pacis. Enarrate quia etiam Christus movit se ad salutandos Discipulos. Nullam sinite recollectionem in temporibus illis. Sacerdotes debent vertere terga ad Eucharistiam populumque honorare.

30

Postquam Antipapa electus erit, solvite synodos Episcoporum sicut et societates Sacerdotum et consilia paroecialia. Vetate omnes religiosos iudicare, sine permissione, has dispositiones. Enarrate quia Deus amat humilitatem et odit eos qui gloriam affectant. Accuseate de inoboedientia erga Auctoritatem Ecclesiasticam omnes qui interrogationes ponunt. Debilitate oboedientiam erga Deum. Dicite plebi quia oboedire debet his principibus Ecclesiasticis.

31

Date Papae (= Antipapae) summam potestatem eligendi successorum suorum. Imperate sub poena excommunicationis cunctis qui diligunt Deum ut induantur caracterem bestiae. Nolite autem nuncupare eum "characterem bestiae". Signum Crucis non faciendum nec adhibendum est in personis vel per eas (non est benedicendum amplius). Facere Signum Crucis dicetur idolatria atque inoboedientia.



32

Declarate Dogmata praecedentia esse falsa, praeter illud de Infallibilitate Pontificia. Proclamate Iesum Christum fuisse seditiosum quendam qui erravit. Annuntiate quia Christus verus veniet. Soli Antipapae electo oboediendum est. Dicte nationibus quia se submittere debent cum nomen eius dicetur.

33

Imperate omnibus subiectis Papae ut pugnent in sanctis cruciatis ad propagandam unicam religionem mundialem. Satana scit ubi est omne aurum amissum. Capite mundum inclementer!
Omnia haec afferent humanitati id quod ipsa semper cupiit: "aetatem auream pacis".

**Omnes homines bonae voluntatis invitantur ut iungant se nobis in oratione,
ad impediendum hoc.**

Fons:

29 settembre 2007 – Epistula a Conchiglia ad Suam Sanctitatem Papam Benedictum XVI

SUPPLICA DI CONCHIGLIA AL PAPA

Prot. 07.96 - 29.07.2007

www.conchiglia.net

Conchiglia - MOVIMENTO D'AMORE SAN JUAN DIEGO
MONOS-Unico - Ricerche Scientifiche e Umanistiche
Via Manzoni, 12 - Casella Postale 99 - 33085 Maniago PN Italia
E-mail: movimentodamoresanjuandiego@conchiglia.net
www.conchiglia.net www.movimentodamoresanjuandiego.it

R.00 - 2013.09.dic